

www.e-rara.ch

Quinti Horatii Flacci Poemata omnia

Horatius Flaccus, Quintus

Friburgi Brisgoiae, Anno 1549

Zentralbibliothek Solothurn

Shelf Mark: ZBS Staal 237

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-89747>

Q. Horatii Flacci vita per Petrum Crinitum Florentinum.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Q. HORATII VITA

utilitati dona, ut author eminentissimus sub tui nominis protectioe, longe quam unquam antea castigatior in manus hominum ueniat. Denique ut amplitudo tua commendatum me habere uelit, etiam atque etiam oro.

Vale, Friburgi Brisgoiae, Anno à Christi
natali, M. D. XXXIII.

Kalendis Martijs.

Q. HORATII

FLACCI VITA PER PETRUM
CRINITUM FLORENTINUM.

QVINTVS Horatius Flaccus in Venusio
Apulie oppido natus est: patrem habuit
Libertini generis, Vnde illud:

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Pro certo habetur eius natalē fuisse duobus circiter
annis ante coniurationem L. Sergij Catilinae: quo tem-
pore celebres erant in ciuitate, ex poetis Val. Catu-
lus, Licinius Caluus, & Heluius Cinna. ex oratoribus
M. Cicero, Q. Hortensius, & Q. Catulus. ex philoso-
phis Var. Terentius, & Figulus Nigidius. Orbiliū Be-
neuentanum (ut constat) à puero audiuit, quem ap-
pellat alicubi plagosum: ac mirum quàm breui tem-
pore in bonis literis profecerit. Ingenio enim facili,

PER PETRUM CRINI.

Et auidissimo fuisse traditur in capiendis optimis disciplinis. Vbi autem satis uisus est nauasse operam Latinis studijs, Athenas se contulit, ut philosophorum præceptis liberius incumberet, maximeq; Epicureorum placita uidetur probasse, ut illud urbane dictum testatur:

Me Pinguem, et nitidum bene curata cute uises,
Cum ridere uoles Epicuri de grege porcum.

Moribus dicitur fuisse subobscœnis, et ad bilem interdum paulo excitatior: adeo erga amicos gratus atq; officiosus, ut nobiliorum etiã studijs, et gratia clarior indies, ac nobilior esset. Nam primo dignitatẽ Tribunitiam honestis suffragijs est adeptus, et Romanæ legioni præpositus, quod ipse de se scribit. Amicos uero habuit ex poetis Albiũ Tibullum, Quintiliũ Varum, cuius obitum officiosè deplorat: Valgiũ cõsularem, Vergiliũq; ipsum: ex prima nobilitate Iulium Florũ, Maximũ Lolliũ, et Mecœnatẽ, cum quo supra septem annos summa familiaritate uixit, quod cum locis multis, tum maxime his uersibus apparet:

Septimus octauo propior iam suggerit annus,

Ex quo Mecœnas me cœpit habere suorum

In numero.

Nam cum ipso quidem Horatio iocari liberius Mecœnas, atq; agere consueuit, eidemq; concredere sua studia in rebus ciuilibus. Cum ipsa ciuitas magnis factionibus teneretur, uarijsq; seditiõibus æstuaret,

Q. HORATII VITA

secutus primo est Bruti & Cassij partes, quod à multis alijs, & à Sidonio Apollinare traditum est, qui ad Iulium Maioranum sic refert:

Et tibi Flacce acies Bruti, Cassiq; secuto

Carminis est author, qui fuit & uenia.

Mox uero accidit, ut fauore Meccenatis nō dignitates tantū assequeretur, sed ipsi quoq; Octauio Imperatori foret insinuatus, cum libere & amice ad illum scribat: illas tamen epistolas, quæ referuntur à quibusdā Augusti ad Flaccum, magis cōfictas opinamur, quam dignas tāto principe, eiusq; summa eruditioe. Quod ipsum cū alia multa, tum elocutio in primis probat. Cōposuit per plura, quæ uulgo etiam sunt notissima: nos q̄ breuissime repetemus. Libros carminum quatuor: Epodon & Seculare carmen, quibus Augustū, ac Meccenatem miris laudibus celebrat. In scribendis Iambicis mire efficax habitus est: quod & Fabius Quintilianus testatur. Inter Lyricos uero, inquit, solus ferè dignus est legi Horatius: quoniam & insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, uarijsq; uerbis & figuris felicissime audax. Ex quo illud peruulgatum:

Hic inter Lyricos sublimi uertice uates

Sydera summa serit, seu dulcia furti puellæ

Cantat amicitias, conuiuia, prælia, paces:

Siue Lycambeis lacerat latratibus hostem,

Impetit aut uario corruptos carmine mores.

PER PETRVM CRINK

Apollinaris quoq; sic ad Tonantium de Horatio:
 Sed tu per Calabritramitis aggerem
 Vis ut nostra dehinc cursitet orbita,
 Qua Flaccus Lyricos Pindaricum ad melos
 Frenis flexit equos plectri potentibus,
 Dum metro quatitur chorda Gliconio,
 Nec non Alchaico uel Pherecratio
 Iuncto & Lesbico, siue Anapaestico
 Vernans per uarij carminis æglogas
 Verborum uiolis multicoloribus.

Diomedes grammaticus, et alij ueteres, undeuiginti
 carminum modos ab Horatio decantatos asserunt:
 quorum rationes in tertio de Grammaticæ libro à
 Diomede de ipso referuntur. Scripsit de Poëtica li-
 brum ad Pisones: uolumina duo Satyrarum, ac to-
 tidem Epistolarum. In Satyra uero Lucilium sequu-
 tus est, et si eum ut lutulentum accusat. Fabius certe
 Quintilianus præcipuum in Satyra dicit hunc ipsum
 Horatium, ac purum in primis, & tersum. Quin
 hoc illi proprium, & peculiare fuit, ut ridenti simi-
 lis, & quasi dissimulans, improbitatem, ac uitia ho-
 minum accusaret: quod ea magis urgeant, atq; affi-
 ciant, quæ sensim irrepunt, quàm quæ aperta fronte
 inuadunt. quod ipsum & Poëta Persius demonstrat.

Omne uaser uitium ridenti Flaccus amico
 Tangit, & admissus circum præcordia ludit:
 Callidus excusso populum suspendere naso.

Q. HORATII VITA

Sed & poeta Ouidius, ingenue fatetur, magnopere se Horatianis uersibus delectatum, & eius carmen diligenter audisse, ueluti Propertium, Macrum, Ponticum, & Bassum, qui Iambicos lusit:

Et tenuit nostras numerosus Horatius aureis,
Cum ferit Ausonia carmina culta lyra.

Per multos uero enumerat Horatius, quorum & studium & iudicium percoluit, ut Ploecium, Meccenatem, Varium, Vergilium, Fuscum, Viscos, Valgium, Polionem, Messalam, & alios. Secutus est eum in componendis Lyricis Paulus Passienus: qui, ut est autor Plinius, mirifice illum exprimebat. Statura fuisse traditur breui, corpore obeso, oculis lippis, quæ uel ex carmine illius uarijs locis colliguntur. Moritur autem Horatius anno ætatis suæ septimo & quinquagesimo, ut in Eusebianis annalibus relatum est. Alij supra septuagesimum annum uixisse scribunt, quod ego tamen falsum existimo, ut alibi obseruatum est.

Haftenus Crinitus: Sed ne desit quippiam curiosis, qui fortassis carmine magis delectarentur, eiusdem Poëtæ uitam carmine descriptam, adiungendam statuimus.

Q. HORATII FLACCI VITA PER CANTALICIAM, carmine heroico.